

D V B I V M XXIII.

An ille, qui emit triticum, pannum, aut alias merces in maiori copia, quam sibi opus erat, non ut reuendit lucrando, sed ut partem exhibeat, & vendat eodem pretio suis amicis, aut aliis, quibus id gratum fore credit, teneatur soluere alcualam.

Primo dico, quod si cuiusmodi persone hoc illi demandarunt expresse, vel tacite, non est dubium, quin non teneatur soluere gabellam, qui illis, & iorum nomine emit: atque ita non est reuenditio, sed illis tradere, quod iorum nomine emit, iuxta dicta *dub. praecl.*

Difficultas ramen est, quando nec amici, nec alii, nec expresse, nec tacite talem curam illi demandant. In qua causa dico secundum in rigore esse reuenditionem, & iuxta legem teneri soluere alcualam, quia sibi emit, & si interim res perficit, sibi periret, & si alii nolunt emere illam mercem, non potest eos compellere, ut emant.

Dico tertio, ex aequitate non debere alcualam, quia tacite, & in virtute, & voluntate iustè presumpta emit alii, licet sub tacita conditione, si accipere vellent, & si nollem, tota merx apud illum maneret: atque adeò non est reuenditio, fed traditio illius mercis, quam illis emit. Sic docti recentiores. Et idem credo esse fatis probable.

D V B I V M XXIV.

An si quis omnia bona sua donet ea lege, ut donatarius cum sustenter, cuiusque debita soluat, debetur alcuala.

Dplex est sententia. Prima docet deberi gabellam, quia non est pura donatio, sed est familiis emptioni. Sic Catillo l.69. *Tauri* num.8.

Seconda sententia docet non deberi gabellam, quia nec est venditio, nec permutation: & haec est multo probabilior, & eam docet Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.3. §.2. num.32.

D V B I V M XXV.

An ex donatione in solutum debeatur alcuala.

Dubium est, an cum debitor aliud pro alio creditori sponte sua soluit, ut debo Ioanni centum aureos, & pro eis de illi domum.

Duplex est sententia. Prima dicit deberi gabellam. Ratio, quia est contractus innominatus, & habet vicem venditionis. *Ils prædictum, C. de emt.* Hanc tenet referens Bartolum, & limitans, nisi detur in solutum species pro specie, ut quedam domus pro alia domo debita, Bettachimus in *Dictionary, verba Gabella, & tract. de gabellis*, 8. part. membr. 3. quæst. 4. & plures alii fuent, quos refert Tirquel. lib. *de retrahitu* §.1. glōss. 14. n. 5. 6. At gabella non debe-

Secunda sententia docet non deberi gabellam: quia licet dato in solutum emptionis, & venditionis speciem obviateat, ut emptio, & venditio propriæ non est, ut plurimos referens docet Tirquel. dicta glōss. 14. n. 5. 6. At gabella non debe-

tur nisi pro propria, & vera emptione. Sic Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.4. §.2. num.30. & videtur esse cuiusdem sententia Tirquel, & per ipsum citati dicto n.5. & haec sententia est verior.

D V B I V M XXVI.

An ex bonis ex causa indicati creditori addictis alcualala debeatur.

Exempli causa, Petrus debet centum aureos, 1. Nec soluit, & ideo quadam eius domus voce preconis publicantur, ac tandem ipsi creditori addicuntur, difficultas est an debeatur gabella, & videtur deberi, quia illa domus venduntur creditori.

Sit conclusio. Probabilius credo non deberi alcualam. Ratio, quia non est propriæ venditio, sed adiudicatio facta iudicis autoritatem pro debito: vt latissime plures allegans docet Tirquel. *de retrahitu* §.1. glōss. 14. num.8. 9. Hanc tenet Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.3. §.2. 19. Bettachimus *tract. de gabellis*, 8. part. membr. 3. num.10. & plures alii, quos refert, & sequitur Tirquel. *de retrahitu* num.9. dicentes huiusmodi adiudicationem non comprehendendi in statutis loquentibus de venditione; licet Greg. Lopez l.55. tit.5. part. 5. vers. 2. vendor, opus est, dicit enim idem centendum, quod de venditione, quando bona illa adiudicantur ipsi creditori pro pecunia debita.

Nota si non ipsi creditori, sed alii pluris licet tanta bona addicta fuerint, debetur gabella; quia est propriissime venditio, ut optimè docet Tirquel. Baldum referens, & Gregor. Lopez *ibid.* *de emt.* Sic præter hos Doctores tenet Parlador. *de retrahitu* num.29. & hoc eis dicit accipientiam esse l.9. tit.1. lib.6. *nova recip.* quæ ex bonis in publica auctione venditis gabellam deberi significat.

D V B I V M XXVII.

An qui coactus à iudice domum, vel aliam rem vendit, teneatur soluere gabellam? & ex venditione, vel permutatione facta in parentes, & filios.

Multa sunt causæ, propter quas quis potest compelli ad vendendas suas domus, v.g. ad eadem sacrata adficandam, aut Regium palatium amplificandum, &c. quas explicat Couart. lib.3. *var. cap.14.* Quarent ergo, an ex tali venditione coacte debeatur gabella. Sit

Prima conclusio. Satis probabile est ex venditione, ad quam quis à iudice cogitur propter rationes, ob quas iure cogi potest, non deberi gabellam. Ratio, quia necessitas à gabella excusat, *Ihs. 8. si proper necessitatem ff. de public. & vclig. vbi habetur*, quod si manus propter maris procellam ad portum aliquem configiat, non debeatur gabella in illo portu constituta; quia fuit necessarium configere, & non voluntarium. Pro hac sententia est etiam Felim. *cap. querelam, de iure iur. n. 13. & cap. significante, de Iudeis*, num.7. & Bart. l.1. C. de *nafrigio*, lib.1. vbi dicunt necessariam causam excusat à gabella, & ponunt exemplum dictum nausis: & Bartol. *ibid. num. 3.* docet, quod si tempore astatim veniant vicini territorij nostri ad nostra molendina, possint res reportare sine gabella;

Lib. II. Cap. IV. Dub. XXVIII. &c. 373

gabellam, quia propter necessitatem famis veniunt. Pro eadem sententia sunt Iason l.1. *C. de iure empf.* & Guillermus, Cumanus, Paulus de Castro, Fulgothus, Baldus, Bartol. l.1. & ideo, ff. de *condit. surius*, num.4. Matienzo *lib.5. ordin. iii. 11. l.7. glōss. 3. num. 18.* Albert. *l. ex hoc*, §.1. ff. de alien. *induc.* Mansuetus *titul. de empione, & venditione, vers. Item in casu Corfetus, & Aufretius in additione decisione Tolosana 75.* Albertus Brunus *conf. 44. num. 11.* vbi dicunt emphyteutam non debere laudem vero domino ex alienatione necessaria. Erat in propriis terminis docet polifram conclusionem Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.3. §.2. num. 26.

Secunda conclusio. Ex venditione inter parentes, libertosque contracta, & ex permutatione debetur gabella. Ratio, quia est vera venditio, & permittit, & nulla est ratio à gabella excusans. Sic Parlador. *ibid.* Bart. l.1. C. de *imposit.* Platice, Firmianus, Romanus, quos refert, & sequitur Tirquel. *de retrahitu* §.3. glōss. 2. *vñca, num. 47.*

D V B I V M XXVIII.

An quando consanguineus retrahit ratione aliquam alicui venditam, iuxta l.70. Tauri eodem pretio, quo vendita fuerat, debeatur gabella ex hac venditione huic retrahenti facta.

Sit prima conclusio. Ex hac venditione facta per primum emptorem huic retrahenti non debetur gabella. Ratio, quia haec non est noua venditio, sed transflus, & subrogatio per legem facta in locum prioris contractus, priorisque emptoris, ut docet optimè Anton. Gomez l.70. *Tauri, num. 30.* Sic tenet Bald. Firmianus, Albericus, quos refert, & sequitur Matienzo *lib.5. ordin. iii. 11. l.7. glōss. 3. n. 17.* & tenet Doctores citati *dub. praecl.* dicentes non deberi gabellam ex alienatione necessaria: hic autem retractus ex necessitate primi contractus, & iniurio emptore.

Nota, quod hic retrahens tenet soluere priori emptori omnes expensas, quas fecerat in emptione, & gabellam, si eam ex pacto soluerit, ut redditur indemnisi, ut habetur l.70. *Tauri*, quæ habetur lib.5. *nova recip.* l.1. 1. 9. Sic Matienzo *vbi suprà num. 16. Tirquel. de retrahitu* l.70. glōss. 4. num. 1. Anton. Gomez *vbi suprà*, Palacios Rubios l.70. *Tauri, num. 36. 37.*

Secunda conclusio. Si ex statuto emptor teneatur ad gabellam, & emeret clericus, & sic non teneatur, si mox a clero retrahatur laicus iure sanguinis cum venditore, teneatur laicus soluere gabellam, non clericus, sed Regis gabellario, Ratio, quia succedit loco prioris emptoris, ac si prior non emiserit, & cum sit ipse verus emptor, & non priuilegiatus, debetur eam gabellam. Sic Matienzo plures referens num. 30. Tirquel. *vbi suprà* num. 3.

D V B I V M XXIX.

An qui mutauit frumentum vetue, ut fibi reddeatur nonum, teneatur soluere gabellam.

Respondet, quod si reuera fuit mutuum, de cuius ratione est, ut res mutuata quandocumque *Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I.*

que à mutuante petatur, eadem in specie, & bo-

nitate reddatur, non debetur gabella, quia non est permittatio, sed mutuum: at si accipiens mutuo triticum obligatur ad reddendum nonum, ad quod non tenebatur ex vi mutu, est permittatio, & sic debetur alcualala. Ita docti re-

D V B I V M XXX.

Vtrum artifices ex venditione operum, que in suis officijs sunt, gabellam debeant.

Et videtur debere, quia lib.9. nona recipil. tit. 18. 1. Excepuntur artifices aliqui, qui gabellam non debent, & exceptio firmat regulam in contrarium. Sit

Prima conclusio. Quoties is, cui opus fit, præstari materiam, ex qua opus fiat, opifex verdiuntur dat operam, nulla debetur gabella, quia est locatio operarum, & non venditio rei, ut colligitur ex l. *comenit.* & l. *Sabinus*, ff. de *contra-* bend. *empt.* & docet Fabianus de Monte *tractat.* de *emtione, & venditione, quæst. 2. num. 28.* Hanc tenet Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.3. §.2. num. 23. 24.

Secunda conclusio. Quando artifex dat operam, & materiam, ex qua opus fit, debet alcualam. Ratio, quia est venditio, ut colligitur ex cisdem legibus, & docet Fabianus *ibid.* Sic idem Parlador.

Tertia conclusio. Tinctori, & pictori non tenent soluere alcualam ex materiis, quas applicant, & infundunt incidiendo, seu tingendo aliorum pannos, & pingendo aliena opera. Ratio, quia accessoriū sequitur principale, & cum principiū huius contractus sit locatio operarum, & aliud sit accessoriū, totum censetur locatio, & non venditio. Sic colligitur ex Bart. l.2. *ad locat. vbi exp̄sē dicit,* quod per legem item *si p̄sio*, §.1. ff. *edem tit.* vbi dicit principale trahere ad se accessoriū, & sic vbi principaliiter in contractu venit locatio, & secundariā emptio, vel venditio, totus contractus dicitur locatio. Eadem conclusio facit Parlador. *dicto num. 3.* at enim opifices debere gabellam, si opera ipsa non magis ad conductionem attingant, quam ad venditionem: atque ita obtinent fuit Granata sententia publica, sicut super hac remota.

D V B I V M XXXI.

An vendentes aquam, vel niuem, gabellam debeant.

Sit conclusio. Vendentes aquam non debent gabellam, at vendentes niuem, debent. Ratio, quia aqua venialis non est, cum omnibus sit communis. Vnde aquatores non tam aquam vendere, quam aportandi operam locare videntur: at nix est dum ningit, omnibus paret, at dum est vixi, non omnibus illius copia datur, sed illis dimicatur, qui illam in tempus reposuere, quare non tantum ipsa opera fernandi, sed etiam ipsa nix venditur, ac proinde fit, ut aquatores alcualam non debant, ex aqua venditione, at vendentes niuem debeant. Sic Parlador. lib.1. de *rebus quotid.* cap.3. §.2. num. 25.

D V B I V M XXXII.

Vitrum ex venditione carum rerum, que pro anime expiacione reliqui fuerunt, vel ex venditione reddituum beneficij facta per conductorem, debeatur gabella.

1 *S*it prima conclusio. Ex venditione carum rerum, que pro anime expiacione reliqui fuerunt, non debetur gabella. Sic Bertachinus tractat de gabella, 8. p. memb. 5. n. 5. Parlador, lib. 1. de rebus quidam, cap. 3. §. 1. num. 18.

2 *S*ecunda conclusio. Conductores reddituum beneficiorum, quando postea hos redditus vendunt, debent gabellam. Ratio, quia licet clerici, videntes hos redditus non debent gabellam, at conductores postea videntes non gaudent tali privilegio. Sic colligitur ex Llucianis, §. 9. ff. de publica, & utrigal. & eam tenet ibi Barth. Antibolus de maneribus, 3. part. §. 1. num. 71. Boetius de cibis, 213. mon. 19. Parlador, dicit, §. 1. man. 17. Cattillo l. 1. Tauri, num. 10. Anton. Gabr. tom. 1. communione omni, lib. 7. fol. 458. pag. 1. & alii innumerati, quos refert, & sequitur Tiraquell. de retractu §. 1. glossa 1. num. 12.

3 *T*ertia conclusio. Lite super Ecclesiastico beneficio pendente, si fructus sequestrato commissi fuerit laico, & si fructus vendat, non debet gabellam. Ratio, quia si non suo, sed alieno nomine vendit, & Ecclesia negotium gerit, licet, ff. depositi, & tradunt Doctores cap. examinata, de iudicis, & Clement. 1. de sequentia. Sic Parlador, dicit, §. 1. num. 18. & est conclusio certissima.

D V B I V M XXXIII.

An ex contractu dotis, & ex divisione hereditatis inter heredes, quando pretium interuenit, debeatur gabella.

1 *N*ota abf que controversia esse, non deberi gabellam ex contractu dotis, vel divisione hereditatis, id enim expressè definitur l. 35. tit. 18. lib. 9. non recipi, in quo non debetur gabella, scilicet in bonis, quæ inter heredes dividuntur, etiam si vitro, citroque ad divisionis faciliorem exitum pecunia data fuerit, dubitatur, an hac lex locum habeat, quando ad divisionem faciendam admisa extranei licitatione ei res addicta fuerit, & sic tunc non debetur gabella: videtur enim tunc deberi gabellam; tum quia hac est vera venditio extraneo facta; tum etiam, quia ex supra dictis, quando bona propter aliquod debitum adjudicantur ipsi creditori, non debetur gabella; at quando adjudicantur alij extraneo, debetur: ergo cum in hoc casu adjudicatur bona hereditaria cuidam extraneo, debebitur gabella.

2 *S*ed circa dorem dubitatur, an quando res in dorem data fuerint estimata, debeatur gabella: & videtur deberi, quia estimatio facit emptionem, & venditionem, l. quies, C. de iure dorum, & fauent huic sententiae plures, quos refert, & sequitur Tiraquell. de retractu §. 1. glossa 14. num. 108. & 109, dicentes ex dore estimata debent laudem, & esse locum in illa retractu ratione propinquitatis, quem lex statuit esse in venditione: immo Matthaeus de Afflictis, quem refert, & sequitur ibi Tiraquell. num. 109, dicit, licet legi caueatur, in dore non esse locum retractu, crit locus, quando dos datur estimata, quia tunc censetur emporio, & liber erit maritus, si soluto matrimonio reddat premium. Sic tamen

3 *A*d rationem in contrarium factam responderet optimè Parlador: quod quando venduntur auctoritate iudicis aliqui extraneo bona ad solendum creditori, non est alienatio omnino necessaria; quia voluntarium principium habuit: nam debitor sua voluntate as alienum contraxit; at non necessaria alienatio non dicitur, quia habuit principium voluntarium, vt docet multa iura allegans Baldus consil. 20. dub. 2. & Tiraquellus de retractu lignagier, §. 1. glossa 14. num. 1. 16. at in nostro casu necessitas voluntarium principium

non

Lib. II. Cap. IV. Dub. XXXV. &c. 375

non habuit, sed casu heredes in hunc contractum inciduntur; at ea necessitas solum à gabelli excusat, quæ necessarium principium non habuit. Sic respondet Parlador.

D V B I V M XXXV.

Circa eundem casum, an si in divisione hereditatis heres alteri hereditatis sue portionem vendiderit, & in divisione cum empore hereditatis, & hereditibus pecunia intercesserit, debeatur gabella.

1 *S*it prima conclusio. Ex venditione hereditatis, quam hic heres facit, clarum est deberi gabellam. Ratio, quia est vera venditio, & voluntaria. Sic Parlador, lib. 1. de rebus quidam, cap. 3. §. 6. num. 43.

2 *S*ecunda conclusio. Licet in divisione hereditatis inter emporem huius portionis hereditatis, & alios heredes pecunia intercesserit, non debetur gabella. Probatur, quia ex divisione hereditatis inter heredes etiam interuenient pecunia non debetur gabella, ex l. 35. tit. 18. lib. 9. non recipi, sed hic empator virilis heres est, l. etiam, §. 1. ff. de peccato hereditatis, & succedit omnino loco hereditatis, ergo. Sic Parlador.

D V B I V M XXXVI.

Circa eundem casum, an si fratres bona hereditaria diuiserint, & postea, aliquibus diebus interiectis, bona permutarunt, debeatur gabella.

1 *S*it conclusio. In hoc casu debetur gabella ex tali permutatione. Ratio, quia cum diuisio iam fuerit omnino perfecta, hic est alter nouus permutationis contractus. Sic Parlador. latius probans lib. 1. de rebus quidam, cap. 3. §. 6. num. 44.

D V B I V M XXXVII.

An ex venditione, vel permutatione inutilida, vel nondum perfecta, vt quia conditionalis, vel pretium non est solutum, vel res non est tradita, debeatur gabella.

1 *S*it prima conclusio. Ex venditione, vel permutatione inutilida non debetur gabella. Ratio, quia id, quod nullum est, perinde est, ac si faciūt non fuisse. Sic Bald. l. finali, C. de eumuch. Iason. finali, §. sed quia, n. 8. C. communis de legat. Tiraquell. plures refertens de retractu lignagier, §. 1. glossa 2. n. 7. & de retractu conn. §. 6. glossa 2. n. 5. 6. Auendano responso 13. num. 3. Parlador, lib. 1. de rebus quidam, cap. 3. §. 5. num. 3. Matienzo lib. 5. ordinament. tit. 11. l. 7. glossa 3. num. 20. Pinellas l. 2. C. de rescindenda vendita. 2. part. cap. 3. num. 35.

2 *H*inc fit, si talis contractus nullus postea ratificetur, & fiat validus, non debebitur gabella illi publicano, qui erat venditionis tempore, sed illi, qui erat tempore ratificationis. Ratio, quia tunc censetur facta venditio. Sic docet plures refertens Tiraquell. de retractu lignagier, §. 1. glossa 1. 10. num. 70.

3 *S*ecunda conclusio. Ex venditione, vel permutatione nondum perfecta non debetur gabella.

Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

donec perficiatur. Ratio, quia actus nondum perfectus, cum nondum habeat esse, nil operatur. Item, quia cum haec res sit odio, restringenda est, ac proinde antequam contractus perfectus omnino sit, non debetur. Sic Bertachinus tractat de gabelli, 8. part. memb. 3. quest. 43. Parlador. dicit c. 3. §. 3. num. 35. Hinc

infertur primò, si venditio, vel permutation sub conditione fiat, non antea gabella debetur, quam conditio existerit, l. hec venditio ff. de contractu empti. Ratio, quia venditio conditionalis tunc denum perficitur, cum impleta conditio fuerit, vt colligatur ex dicta l. hec venditio. Sic Parlador, codem num. 35. Bertachinus codem tractat. 6. part. num. 1. & 4. Salzedo in additione ad regulam 116. Bernardi Diaz, Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 11. num. 30. ver. tertius eff. Eius. Baldus, Firmianus, & alii plures, quos refert, & sequitur Tiraquell. de retractu lignagier, §. 1. glossa 10. num. 46. 47. 48. 49.

Nota tamen, quod conditione existente gabella pertinebit ad publicanum, qui erat tempore contractus, non vero ad eum, qui est tempore existentis conditionis, l. potior ff. qui potior in pign. hab. Et est ratio, quia tempore contractus, & non tempore existentis conditionis celebrata est venditio, licet complementum, & perfectionem accepit tempore conditionis. Sic plures, quos refert, & sequitur Tiraquell. Parlador. Bertachin. Salzedo, Anton. Gomez ibidem, Auendano responso 29. num. 1.

Vnde optimè inferunt aliqui, quod si ex statuto non debet solui gabella ex contractu celebrato in nundinis, si in illis conditionalis contractus fuerit celebratus, cuius conditio exiret post nundinas, gabella non debetur, inspecto tempore contractus, non conditionis; quia tempus contractus, & non tempus conditionis inspicendum est, priori enim tempore contractus initus est. Sic late probans, & referens Firmianum, Baldum, Franciscum Arctinum, Salzedo ubi supra, Tiraquell. dicit num. 46.

Secundò inferur ex permutatione non deberi gabella, antequam res, qua permittatur, tradatur. Ratio, quia permittatur est contractus, qui rei interuenit, & traditione perficitur, l. 1. ff. de seruus permitt. Sic Parlador, dicit num. 35. vbi etiam bene notat cum Antonio Gomez tom. 2. var. cap. 8. num. 1. ver. tertius eff. Eius, quod te postea tradita, gabella pertinebit ad eum publicanum, qui erat tempore conventionis, non vero ad eum, qui erat tempore traditionis; quia priori tempore de permutatione conuentum est, licet posteriori perficitur.

Tertiò inferit, quando partes in ipso contractu, vel ante conuenient, vt scriptura fiat, non debetur gabella donec fiat scriptura: & facta scriptura, pertinebit gabella ad publicanum, qui est tempore scriptura, non vero ad eum, qui erat tempore contractus. Ratio, quia nec venditio, nec alijs contractus valer hoc casu, antequam fiat scriptura, l. contractus, C. de fide instrument. l. 6. tit. 5. part. 5. vbi & Gregor. Lopez. Sic docet Anton. Gomez, alios referens tom. 2. variar. cap. 2. num. 17. secus (inquit) quando contractu iam per fecito, & absoluto conuenient partes, vt fiat scriptura; quia tunc non requiritur scriptura, vt contractus valeat, sed vt possit probari;

1 i 2 vi

ut etiam docet glossa d.i. contractus, & Gregor. Lopez optimè limitat primum dictum, quod viderio non valeat antequam fiat scriptura, quando partes in ipso contractu conuenient, vt fiat scriptura, quod hoc habeat verum, nisi ex aliquibus coniectionis constaret de partium intentione non fuisse, velle contrahere in scriptis, sed tantum voluisse scripturam ad probacionem.

9. Ultima conclusio. Quando venditur aliquid pecunia credita, non debetur gabella, donec pretium soluat. Ratio, quia gabella de illo pretio soluto praestanda est ergo non debetur ante preij solutionem: sicut colonus ante fructus perceptos mercedem soluere non cogitur, si aliud non conuenit. Sic Alexand. *in lege falcidia, ff. ad legem falcid.* Xuarce *l. i. tit. de las arcas, num. 9.* Parlad. *lib. 29. num. 1.* dicentum statim debet gabellam ex venditione pecunia credita facta.

SUMMARIUM.

38. *An si quis non recipit pretium rei vendite, teneatur soluere gabellam.*
39. *An ex venditione iam perfecta, partiūque deinde confessu disoluta debetur gabella? & esto debetur, an dñe debetur, altera venditionis, & altera dissolutionis.*
40. *An quando non ex partium conuenient, sed legis beneficio resindetur contractus, debetur gabella.*
41. *De quo quantitate solui debet gabella.*
42. *Quo in loco soluenda sit gabella, quando alibi venditio sit & alibi res traditur, maxime in impositione censu, quando alibi censu imponitur, & alibi est fundus super quem censu constituitur.*
43. *An licet alibi, ob gabella soluatur, ad excusandam alcualam pacifici de tradiendae vendita in alio loco a gabellis exempta.*
44. *An pro his, qua ex suum proprium, & suo familia deferuntur, debetur aliquod vestigia.*
45. *An tributum, quod vulgo sita, latine vero assuum dicitur, sit iustum.*
46. *An pro aliquo emit ad proprium usum, & postea mutato proposto vendit, debet vestigia, id est, pottazzo, impostum portansibus aliquid ad vendendum.*
47. *An ex venditione rerum non lucri, aut negotiationis causa facta, sed ad subveniendum proprii necessitatis debetur alcuala.*
48. *An ille, cui Rex debet aliquam pecunia summam, nec alia via posse recuperare, possit sibi fastigere, non soluendo gabellas, aut alia vestigia, etiatis si haec conducta sit.*
49. *An clericis minororum ordinum debetur gabellas, vel quavis aliis vestigia, vel tributa.*
50. *An clericis sunt etiam immunes a gabella, quam alcualam vocant.*
51. *An clericis debent gabellas de isti, que causa negotiationis portant, sed vendunt.*
52. *An clericus negotiator cogi possit a iudice facili solvere gabellam, vel ad id cogendus sit ab Ecclesiastico.*

53. *An clericis coniugati, marina uxore, gaudem immunitate solutionis gabellarum, & omnibus alijs priuilegiis clericalibus, sicut clericis primatenjura non coniugati.*

54. *An clericis emens vinum, & carnes sua familia, iu quo sunt aliqui clerici, ut si haberet filium clericum, vel capellam, debet integrē assūtum, id est, si a sapere illis rebus impotest.*

55. *An teneantur Ecclesiastici ad tributum impositum pro ipsi, qui concernunt utilitatem communem laicorum, & clericorum, & pia sunt, ut ad confirmationem, vel refectiōnem pontificis, viarum, mārorum, vel de calzada fontium, vel ad vigilandum, & custodiendum oppidum ab hostibus, pele, &c.*

56. *An Episcopi peccata moraliter non denunciantes excommunicatos laicos iniuste exigentes gabellas a clericis.*

57. *An Ecclesia, & clericis teneantur ad soluendum tributum annuum rei, que pertinet ad Ecclesiam.*

58. *An milites S. Iacobi, S. Ioannis, Calavrance, & Alcantare, quos vulgo Comendadores, appellamus sint immunes a solutione gabellarum.*

59. *An locatis gabellis aliqui publicano, iu quo locantur, veadat aliquid, vel committat, debet gabellam.*

60. *An Princeps possit aliquos eximere a tributis, ut eximis nobiles ab assūto, & collectis, id est, pecho, & possit tales nobilitates, id est, hidalguias, vendere.*

61. *Quantum daret priuilegium exemptionis a gabella per Principem concessionem.*

62. *An qui in rei veritate non est nobilis, sed representatio ab aliis ut nobilis, & ideo non existit ab illo tributum, quod collecta, id est, pecho, dicitur, sit tanta in conscientia.*

DVBIVM XXXVIII.

An si quis non recipit pretium rei vendite teneatur soluere gabellam.

Dibium procedit, an casti, quo quis pretium rei vendite non recipit, vel quia debitor fidem violavit, & effugit absque culpa creditoris, vel quia proxeneta, aut aliquis alias, cui res quedam vendenda fuit commissa, rem vendit, & prelio accepto aufugit priusquam ad manus domini rei vendite perueniret, teneatur soluere gabellam. Et videtur teneri saltem in hoc posteriori euentu, cum iam accepere pretium per manum procuratoris, cui rem suam committit vendendam, sitque accidentarium, quod hic pretio accepto di parcerit, sicuti esset, si pretium quidem accepto ipse dominus rei, & ex sua ipsius arca surrepererit, si quo casu manifestum est teneri soluere gabellam. Sit

Prima conclusio. Probabile est, venditorem, qui ablique propria culpa non recipit pretium rei vendite, eo quod debitor fidem violauerit, & effugierit, non teneri soluere alcualam. Probatur, quia (vt dixi abh. precedent.) gabella non debetur donee recipiat pretium; ergo si ablique culpa creditoris nunquam recipitur, nunquam alcualam debebit. Sic colligitur ex Doctoribus citatis abh. precedent. contul. zism, quia ex illa conclusione hoc aperte sequitur; & idem tenent docti recentiores.

Secunda conclusio. Saris probabile est, & equitati conforme, quod qui rem aliquam alteri tradidit

Lib. II. Cap. IV. Dub. XXXIX. 377

dit vendendam, & hic pecunia accepta aufugit, non tenetur ad gabellam, quandiu non repperit suam pecuniam, maximè si id absque propria ipsius culpa contigiller, eo quod rem illam ei tradidit vendendam, qui dignus, ut si adhiberetur fides, reputabatur. Ratio est, quia apparet valde rigidum, illum cogere ad soluendum gabellam, cum rem simili, & eius pretium amiserit. Rursus, quia vera hic venditor nondum recipit pretium, nec potest recipere, & hoc absque culpa suuergo non est compellendum soluere alcualam. Sic senserunt viri docti.

DVBIVM XXXIX.

An ex venditione iam perfecta, partiūque deinde confessu disoluta, debetur gabella? & esto debetur, an dñe debetur, altera venditionis, & altera dissolutionis.

1. *A D clariorē resolutionē oportet aliqua fundamenta supponere. Sit*

2. *Primum fundamentum, contractus dupliciter potest dissolui, scilicet in continentia, hoc est, antequam contrahentes ad extraneos actus diuertantur, aut ex interallo.*

3. *Secundum fundamentum, quando contractus ex interallo dissoluitur, potest cuiam dupliciter dissolui, aut ex pacto ab initio in ipso contractu apposito, aut non ex tali pacto, sed ex noua conventione.*

4. *Tertium fundamentum, tria sunt pacta, quia ipsi contractu possunt adiici, propter quod venditio dissoluitur. Hec autem sunt pactum legis commissoria, ut cum vendo Petro dominum, & eam tradeo ea lege, vt si intra certum terminum non soluerit pretium, res sit inempta. Item pactum adiunctionis in diem, vt cum vendo Petro dominum, & eam tradeo haec lege, vt si intra certum tempus alias meliorem conditionem maiusve pretium obtulerit, res sit inempta. Iten pactum retrocursum, quod est, cum vendo Petro dominum ea lege, vt quoties intra certum tempus obtulero eidem Petro pretium, res sit inempta. Hac autem tria pacta dupliciter possunt concepi, & apponi, scilicet verbis directis, quando scilicet apponuntur verbis importantibus contractus resolutionem ipso iure, vt res sit inempta, vel infecta, vel habetur contractus pro infecto, vel illos verbis, quia executionem faci significant, & supponunt resolutionem ipso facto, vt si dicatur quid in defectum solutionis possit vendor sine iudicio ministreri rem ipsam possidere, & capere, & frui propria autoritate. Secundo possunt apponi, & concipi verbis obliquis, vel etiam dubiis, quia scilicet non significant resolutionem contractus ipso iure, vt si dicatur, si non soluerit, res vendita reverterat, redat, pertineat, &c. Hæc optima explicant plures textus, & Doctores allegantes Couarr. lib. 3. variar. cap. 8. num. 1. 2. 3. Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 2. num. 20. Matienzo lib. 5. ordin. tit. 11. l. 7. glosa 3. num. 21.*

5. *Quartum fundamentum, hoc distat inter haec pacta, & quando sunt verbis directis, & obliquis, quod quando contractus resolutionis ex pacto legis commissoria, vel adiunctionis in diem verbis directis appositi, non implera conditione, statim*

Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

transit dominium in venditorem ipso iure absque alia traditione, & perinde est, ac si contractus nunquam factus fuisset: quando vero verbis obliquis, tunc non transferitur dominium ipso iure in venditorem, nec ipso iure resoluitur contractus. Sic probant ex pluribus textibus, & Doctoribus Couarr. Matienzo, Anton. Gomez ibidem. In pacto vero retrocurendi verbis directis apposito non vñquecumque certum est, aut transferatur dominium statim, & contractus resoluitur, sed duæ sunt opiniones communes, altera affirmat, & altera negat, quas refut cum suis authoribus, & fundamentis. Conarr. ubi supra dicit tamen Couarr. & late probat eidem lib. 3. variar. cap. 9. num. 1. fine, quod fructus interim percepti ab emptore cum pacto retrocurandi erit directis verbis concepto, sicut ipsius emptoris, & non sunt venditori restituendi.

Vltimum fundamentum; hæc, quæ dixi, scilicet per dicta pacta resolvi contractum, intelliguntur, quando ipsa in ipso contractu, vel ut explicat Matienzo, paulo post apponuntur, secus verò quando ex interallo. Sic Matienzo, Anton. Gomez, & Couarr. dicto cap. 8. num. 1. & 2. His suppositis, sit

Prima conclusio. Quoties contractus dissoluitur incontinenti, id est, antequam contrahentes ad extraneos actus diuertantur, nulla gabella debetur. Ratio est, qui perinde tunc est, ac si nihil actum esset. Hanc tenet Parlad. lib. 1. de rebus quotid. cap. 3. §. 4. num. 57. Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 2. n. 1. & dicit esse communem sententiam. Tiraquell. plures referens de contractu conditione §. 6. glosa 2. num. 1. Matienzo ubi supra num. 23, licet contrarium doccat Menchaca lib. 1. contractus. frequent. cap. 11. num. 20.

Secunda conclusio. Quoties contractus ex interallo dissoluitur, si dissoluitur ex pacto ab initio ipsi contracti adiecto, quod pactum ipso iure dissoluitur contractum, vt sunt pactum legis commissoria, & adiunctionis in diem, iuxta dicta 3. & 4. fundamento, quando verbis directis apponuntur, nulla prorsus gabella debetur; & si soluta est, repeti potest. Ratio est, quia contractus erat veluti conditionalis, & pendens ex futuro eventu, & sic gabella nulla debetur, donec enierit conditione in pacto apposita: vt docet optimè plures referens Tiraquell. de retratu contractu. §. 6. glosa 2. num. 4. ergo si talis conditio defuit, nulla gabella debetur. Item quia cum contractus tunc ipso iure resoluitur, & fuit initio appositus pactum, vt ipso iure resoluetetur, scilicet ac si penitus factus non fuisset. Sic Parlad. ubi supra, Matienzo ubi supra, num. 21. Tiraquell. de retratu contractu. plurimos referens §. 6. glosa 2. num. 19. 20. & est communis sententia.

Hinc infertur minus bene sensisse Antonium 9. Gomez dicto num. 3. & Menchaca ubi supra. n. 21. dicens in eau huic secunde conclusionis debet gabella ex contractu, non tamen ex dissoluzione contractus: at verior est nostra conclusio, afferente nullam prorsus debet gabellam, vt satis probatum est.

Tertia conclusio. Quoties contractus dissoluitur ex iudicio pacis contentis in lecunda conclusione, verbis tamen obliquis appositis, debetur una gabella, scilicet ex contractu, non autem ex dissoluzione contractus. Probatur

I i 3 prima

prima pars, quia eo casu contractus fuit ab initio omnino perfectus, & non dissoluitur ipso iure. Probatur secunda pars, quia non est nouus contractus, sed dissolutio prioris. Sic Tiraquellus, Matienzo, Anton. Gomez, Menchaca *vbi supra*, & colligitur ex doctrina Parladorij *vbi supra*.

11. Quarta conclusio. Si contractus resoluatur ex pacto retrovendendi initio contractus apposito, tunc debetur unica gabella, scilicet ex contractus, at ex resolutione contractus non debetur gabella. Probatur utrumque pars eadem ratione, quia probata est tercia conclusio. Sic Parlador. *vbi supra*, Matienzo, Anton. Gomez, Menchaca *vbi supra*, & refert Angelum, Paulum, Immolan, Romanum, & alios. Idem docet plures referens Pinellus *l.2. C. de rescind. vendit. 2.p. cap. 3. num. 36.* Tiraquellus plures etiam referens *dicit. num. 20.*

12. Nota conclusionem hanc esse certam, quando pactum retrovendendi esset dilatum per verbis obligatis, quia, ut constat ex quarto fundatione, non dissoluitur contractus ipso iure, at quando fuissest appositum verbis directis, aliquantum dubia est conclusio, ut optimè Tiraquellus *dicit. num. 20.* quia tunc dubium est, an resoluatur contractus ipso iure, ut dicit *quarto fundamento*; & sic Boerius *consil. ad finem* dicit hoc casu non deberi gabellam. Sed adhuc probabilis est deberi unica gabellam; tum quia frequenter sententia est non dissoluitur contractus ipso iure: tum quia eo casu venditione recipi fructus ad emporem pertinent, ut dixi in *ultimo fundamento*; & hec cum venditio non ita funditus recipi sit, quin aliquippe effectum habeat, probabilis est deberi gabellam. Sic Parlador. Matienzo *vbi supra*, & in hanc magis inclinat Tiraquellus, *dictionem. 20.* & colligitur ex Pinello, Antonio Gomez, & alii per eum relativi, qui absolute, & absque distinctione affirmant nostram quartam conclusionem.

13. Quinta conclusio. Quando hac omnia pacta non statim, seu paulo post, sed intercallo apponuntur, idem censendum est, quod debet unica gabellam, vel duas gabellas, quia quando penitus non apponitur aliquod pactum, de qua se dicam *sequenti conclusione*. Ratio, quia quando ex intercallo apponitur pactum, prima venditio fuit absoluta, & pura, & sic quando postea dissoluitur, censendum est, sicut quando venditio absoluta, & pura dissoluitur. Sic Matienzo *vbi supra*, *num. 23.*

14. Sexta conclusio. Si dissolutio contractus fuit ex intercallo, & non ex pacto ab initio posita, sed ex noua, & mutua partium voluntate, tunc ex primo contractu debetur gabella, quia iam fuit ius quiescitum Regi, & ius famel Regi quiescitum non potest partium conventione tolli; ex resolutione vero tunc debetur noua gabella, cum ex ea nouus contractus efficiatur; sicut quando non fit nouus contractus, sed fit resolutione per actum retrocedente. Sic Parlador. Tiraquellus, Anton. Gomez, Menchaca, Pinellus *vbi supra*, Matienzo *dicit. num. 23.* Hinc

15. Infurter prima, resolutione contractus fuit post rem virtutine perfectam, & ex intercallo, scilicet post rei traditionem, & premium solutum, debet ex resolutione gabellario. Ratio, quia empator per priorem venditionem puram, & omnino perfectam, factus est dominus irreconciliter, quare spontaneus, & vitruncus ab eo contractu

discessus vim habet alterius nouae venditionis. Sic Matienzo, Menchaca, Pinellus *ibidem*, Guilletm, Alber. Angel. Firmianus, Pinellus, Castrensis, Baldus, relati per Matienzo.

Secundo infurter, si resolutio fuit ante rei tradicionem, non debetur ex resolutione gabellario quia cum contractus non fuerit omnino perfectus, non censetur resolutio ipsius noua venditio. Sic Matienzo, Anton. Gomez, Menchaca *ibidem*.

Tertio infurter, si facta est traditio, sed premium non est solutum, ex resolutione non debetur gabella; quia cum prior venditio non fuerit undeque perfecta, resolutio haec non censetur noua venditio. Sic Menchaca *ibidem*.

Ultimum infurter, si in omnibus his casibus concuerit ex resolutione contractus aliquo addito, detracto, vel mutato, circa rem, vel circa pretium, iam aperte esset nouus contractus, & deberetur noua gabella. Menchaca *ibidem*.

D V B I V M X L.

An quando non partium conventione, sed legi beneficio rescinditur contractus, debeatur gabella.

Sit prima conclusio. Quando contractus rescinditur propter morbum, aut vitium rei, ut animali propter morbum, vitiumne redhibito, vel praedictio redhibito, quia pestilens est, aut lethiferas habet herbas, non tenetur publicanus reddere gabellam sibi ex priori venditione solutam, sed venditor eam amittere, & si emptor ex pacto forte soluit gabellam, tenetur venditor eam sibi restituere: patet ex *l. debet ff. de adit. elicit.* Probatur prima pars, quia ea venditio fuit omnino perfecta, & valida, licet possit emptor eam rescindere, & sic usus gabellam quendam est publicano. Probatur secunda pars, quia si venditor tenetur totum premium retinere emptori, & ferme illum indemnem, at illa gabella ab empore ex pacto soluta, fuit pars prei, quo rem emit. Sic Bald. *l. si predimm. C. de adit. aff. Betachinus de gabellis 8.p. membr. 3.n. 3.* Tiraquellus, de retralatu conventione, §. 6. glossa 2.n. 16. Parlador. *lib. 1. de rebus querit. cap. 3. §. 5. num. 59.*

Secunda conclusio. Si contractus rescindatur propter rationem ultra dimidium iusti pretij, tunc gabellam solutam publicano non tenetur nisi restituere. Ratio, quia valida, & perfecta fuit venditio, licet resolutio possit ab empore. Sic Parlador. *ibid. num. 40.* Bald. & Firmianus, quos refert, & sequitur Pinellus, *C. de rescind. vendit. l. 2. 2. part. cap. 3. num. 35.*

Tertia conclusio. Gabellam sic solutam tenetur, venditor suo periculo, & iactura perdere, qui sic empore circumvenit, & si empator circumvenit venditorem emendo infra dimidium iusti pretij, tenetur eam gabellam restituere venditori. Ratio, quia causam damni dedit. Sic Pinellus *num. 8.* & licet videatur Parlador. *dicit. num. 40.* contraria, non tamen est, quia Parlador loquitur, quando bona fide contraxit, qui circumvenit alterum, & iactione ignoravit; cum enim valde alienum sit à contractu bona fide, ut quis ab eo discedat cum alterius iactura, damnum gabellario solvenda sunt tanquam premium, & ex eo toto debetur aequalia. Ratio, quia totum illud censetur premium, cum rotum illud est emptor pro re vendita ibi, *l. debet ff. de adit. elicit.* Sic Parlador. *ibid. num. 45.*

Quo in loco soluenda sit gabella, quando alibi venditio sit, & alibi res traditur, maximè in impositione census, quando alibi census imponitur, & alibi est fundus, super quem census constituitur.

4. Quarta conclusio. Quando contractus rescinditur doli mali, metuive causa, gabellam solutam pertinet restituere ad eum, qui dolum, metuime fecit; quia cum in culpa fuerit, tenetur ad dannum; & patet etiam ex *l. illud ff. quod metus causa, & Larbitrio ff. de dol.* Sic Parlador. *codem num. 41.*

5. Ultima conclusio. Si minor aduersus venditionem, cuius nomine gabellam solutam, restituit, restituit ipsi minori gabellam solutam publicanus; restitutio enim haec omnia in pristinum statum redigit, *l. quod se minor, §. restitutio ff. de ministris, & l. i. C. de reputat.* Sic Parlador. *codem num. 41.*

D V B I V M X L I .

De qua quantitate solui debeat gabella.

1. **D**ubium est, an in facienda computarione gabella soluenda prius deducenda sint impensis in venditione factae, vt in subfalsationibus, & proxeneticis, v.g. venditio quis quandam domum mille anteis, & in venditione expendit mille marauentos inter proxenetam, & proxenetum, &c. dubitatur an sit solutus ex omnibus mille aureis, aequali, vel non, sed post exceptos exiliis mille aureis dictos mille marauentos.

2. Hac in re alij dicunt prius deducendas esse impensis, & vt esset videtur apud Iafonem *l. fructus ff. folio matrin.* & tenet Berthachinus in *Dictionario, verb. Gabella*, & Anton. Gomez *l. r. r. o. communis lib. 7. fol. 45. 8. pag. 1.* Alij vero contra id negant, vt est videtur apud Campeziuum de date *2. p. quest. 12.* Alij distinctione videntur, vt est videtur apud Tiraquellus de *retracta lignagier*, §. 15. glossa 1. num. 5.

3. Sit tamen prima conclusio. Impensis factis in venditione non sunt deducendas ad solendum gabellam de quantitate pretij. Probatur, quia *l. 1. tit. 17. lib. 9. non recipi*, dicit quod solutus de toto pretio: at impensis in rerum venditione factae non minime ipso iure premium, *l. si non forent, §. si centum ff. de condic. indeb. l. si ignorauerit ff. de rigorat. art.* Item quia sic habet praxis apud Hispanos. Sic Parlador. *lib. 1. de rebus querit. cap. 3. §. 7. num. 46.*

4. Secunda conclusio. Si vendor ad licitationis calorem inflandum emptori pluris licitanti aliquid promiserit, illud promissum, vulgo prometido, deducendum est ex pretio ad solendum gabellario. Ratio, quia hoc promissum genus pretium diminuit, ita ut reuera ratione illius minori censetur pretio res vendita, *l. quod dicitur, ff. de impensis art.* Item quia refert, ac sequitur Tiraquellus *de retracta lignagier* §. 1. glossa 6. num. 3. & plures alii, quos refert, ac sequitur Pinellus *de bona mater. l. p. rub. num. 42.* ergo definitus est iuxta regulas iuriis communis: sed secundum ius commune in loco contratus solui debet gabella, licet alibi sit res vendita, vt docent Bald. *l. 1. C. de contrah. emp. Iafon l. 1. C. de summa Trinit. Panorm. cap. fin. num. 30. de foro compet.* Secundum probatur, quia fundus, super quem census constituitur, non censetur vendi, sed tantum, est pignus ad solutionis reddituum census securitatem, vt docet Couart, *l. var. cap. 11. num. 5.* & Auendania *responso 5.* ergo non debet solui gabella, ibi est talis fundus.

5. Quod autem solui debeat in loco destinata solutionis, ex eo probatur, quia ibi contrahere quique dicitur, ibi, & solueret, se obligauit, *l. contraxisso ff. de action. l. querio ff. de solut.* Item Bald. *ibid. num. 45.*

D V B I V M . X L I I I .

An licet alibi, ubi gabella soluntur, ad excusandam alcandalam pacisci de tradenda re vendita in alio loco à gabellis excepto.

1. multum interest. ff. si quis alteri, vel sibi, quem multi relati à Bertrachino de gabellis 6. p. mm. 8. sequuntur, docet ad solendum gabellam spe- candum esse locum definitate solutionis, non locum contractus, & sic in propriis terminis in nostro casu respondit quidam supremi Regij senatus causidicus, & maximus nominis, vt referat *vbi supra* Paulad. Sed pro resolutione oportet supponere duo fundamenta.

2. Primum est, licet annui redditus non sint propriæ res mobiles, vel immobiles, at *vbi* ad alterum trum illorum trahendi sunt, immobilium bonorum naturam sequuntur, ut expresse habetur Clement, ex iiii. de verb. signific. verific. Cinq[ue] annui redditus, & docet ibi glossa, veris, cumque annui, & plures alii, quo refert, & sequitur Tiraquel, *vbi supra* num. 4. & glo. 14. num. 120. Aucten- dano de exequend. mand. Regim. 1. p. cap. 4. num. 36. Parlard. lib. 1. de rebus quoad. cap. 3. 2. num. 51. cum ergo in nostro casu necesse sit ad alterum horum annui redditus redigere, ut sciamus *vbi* secundum leges Regias soluenda sit gabella, reduc- tur annui redditus ad bona immobilia.

3. Secundum fundamentum, annui redditus illic extare centent, *vbi* sunt bona, super quibus constituturi sunt. Hoc colligitur ex l. 1. fideicommissum. & tractatum, ff. de iudic. & sic tenet Simancas de catholicis infis. tit. 9. num. 130. & Gregor. Lopez 1. 28. tit. 8. part. 5. veris, à censu, limitatione 1. in fine, *vbi* aut annuum redditum esse prædictio inherat, & Granata, si totus hic contractus perficeretur Granata, & ibi nulli sub emptoris dominio constituturi, debetur gabella Granata. Probatur, quia est venditio coniuncta, & perfecta Granata, siquidem ex tunc dominium, & periculum transit in emptorem, & ex rebus mobilibus gabella debetur in eo loco, in quo venditio cele- bratur, & ipsa existit tempore celebrationis, licet postea alibi sit corundem traditio: ut habeatur l. 5. tit. 17. lib. 9. noua recip. sic visi docti à me consuluntur.

4. Secundum dico, si contractus non fuit omnino perfectus Granata, quia nec dominium, nec periculum transit in emptorem, sed apud venditorem manet eo pacto initio, ut empor, si velit, accipiat mulos in ciuitate Compluti Regalis com- dem pretio inter ipsos Granata constituto, tunc contractus est licitus, & non debetur gabella. Ratio, quia venditio est facta in loco ab alcandalis immuni: nam de ratione emptionis, & venditionis, cum sit contractus, est mutua obligatio, & dominium ac periculum rei venditæ transferri in emptorem. Sic idem viri docti, & confort ad hoc Bertrachinus in Dictionario, verbo Gabella, *vbi* hac dicit, gabella vitare volentes in loco, *vbi* degunt, exeat distractum loci illius ad contra- hendum alibi, quia fortius ibi forum ratione contractus, l. 1. fundam. ff. de encl. 1. 2. C. quemadmo- dum restam. aperiuntur.

D V B I V M . X L I V .

An pro his, que ad vsum proprium, & sue familia seruntur, debetur aliquod vestigal.

Q Vd. non debetur alcandalam, clarum est, cum tantum ea ex venditione, & permutatione debetur, & hic nulla intercedit venditio, aut permutatione. Sed dubium est, an aliquod vestigal imponi possit pro rebus, quæ vchuntur ad vim.

In primis si ius consulamus, certum est, nullum deberi vestigal de rebus, quas quis ad viis propriis, & sue familia defert, ut expresse de- docent omnes Doctores, nemine dempto. Sic Parlador, dict. num. 54.

5. Secundum nota, si in diuersis territoriis extente bona, super quæ census constitutus est, debet fieri solutio gabella pro rata. Parlador. ibi.

6. Tandem inferitur, si locus, *vbi* extant bona, su- per qua est census constitutus, sit immunis, non debetur gabella. Probatur, quia ex censu debetur gabella in loco, *vbi* sunt bona, & non alibi: ergo quanto in illo loco non debetur, quia est immu- nis à gabellis, nullibi debetur. Sic Parlador. ibi.

At dubium est, an consuetudine possit induci, ut vestigal aliquod soluat ex rebus, quæ ve- hantur ad vsum. Duplex est sententia.

Prima dicit non posse, & consuetudinem esse irrationalib[us]. Probarur, quia iniustum, & irra- tionalib[us] est plus grauare minus grauando, scilicet pauperiores; sed si imponatur vestigal rebus portatis ad vsum, plus grauatur pauperiores, enim cum pluribus indigent ad vsum, & plura vehant ad vsum, plus vestigal soluent. Hanc tenent Holt. & Bernardus, quos referit, & sequitur Angel. verbo pedagium, num. 5. Tabien. ibi num. 4. Speculum conscientie tract. 2. cap. 11. & videatur tenere aperte Caet. verbo vestigal, paulo post principium. Et pro hac parte videtur esse Sot- rus lib. 1. de iust. quas. 6. art. vniuers. verific. causa auem, & Ledenm. 2. 4. quas. 8. art. 3. fol. 2. 8. pag. 4. vbi videntur dicere esse iniustum gabellam soluere pro his, quæ non venduntur ad lucrum, sed ad proprii necessitatibus confundendum.

5. Secunda sententia tenet oppositum.

6. Sit conclusio. Consuetudine potest induci, ut soluat vestigal de his, quæ vchuntur ad vsum. Probatur, consuetudo potest omne id, quod lex; sed lege potest statu talis vestigal, cum lex humana antiqua possit per nouam cassari; ergo ne obstat ratio in oppositum adducta, illi enim fa- fistur dub. sequenti. Sic tenet Sylvest. verbo Gabella 3. quas. 5. Angles in floribus questionum theolog. 2. p. materia de vestigialibus, fol. 2. 37. Nauar. summa Latina, & Hisp. cap. 17. num. 202. Gabr. 4. dñs. 1. 5. quas. 5. art. 2. ante 3. conclusionem. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 13. 5. 9. Rofel. verbo pedagium, num. 6. Immo Doctores oppositum opinantes con- cedunt posse imponi tale vestigal incolis ciuitatis, & non forenibus: de qua re dub. sequenti. Insuper conclusionem hanc tenet Metina C. de refit. q. 15. in multis casibus.

7. Nota tamen, quia hæc consuetudo est contra ius rationi naturali valde consonum, & ad eius iustitiam requiri causam virginitatis, non facilius ingreduntur esse scrupulam defraudantibus huiusmodi vestigiala pro rebus ad vsum imposta; sed tunc cum probatur ad eorum iustitia. Sic Driedo de liberate Christiana, lib. 2. cap. 5. Antonius à Corduba in summa, quas. 5. dub. 2. fine.

D V B I V M . X L V .

An tributum, quod vulgo fisca, latine vero assidum dicitur, sit iniustum.

1. N Ota hoc tributum solere imponi in carni- bus, & yino, vel oleo, quæ sunt ad vsum.

2. Aliqui videntur dannare hoc tributum, & hoc multis de causis. Primo, quia exigunt pro his rebus, quæ ad vsum proprium sunt: hac de causa illud damnabunt Doctores citati dub. praed. dicentes non posse pro his rebus vestigal imponi.

3. Sed ex hac causa non est iniustum hoc tributum, quia etiam pro his rebus, quæ sunt ad vsum, vestigal possit imponi, defendi dub. praed. & iam consuetudo præscripta, ut hoc assidum exigatur de rebus ad vsum.

4. Secunda causa est iniustitia huius tributi, quia non potest in eo seruari equalitas proportionis, sed potius grauatur plus, qui minus sunt grauandi, non enim qui plus habet, aut plus lucra-

tur, soluit plus, sed potius, qui magis indiget, qui diuites habent ex suo boues, & arietes, &c. Et sic euenter, ut parum pauperes vero omnia de- bent emere, & sic plus soluent, quam diuites: & ex hac causa censent tributum esse iniustum, licet non loquuntur de afflio in speciali.) Caet. verbo vestigal, paulo post principium. Driedo lib. 2. de libert. Christi, cap. 5. verific. 3. Calstro lib. 1. de legi penal. cap. 11. corol. 2. §. alterum, quod.

Sed ex hac causa non est etiam iniustum, & sic defendit Metina C. de refit. q. 15. & illud de- fendent docti recentiores. Ratio est, tum quia hoc est per accidens, & ex alia parte dicere possumus plus emere diutinem in una die propter magna familiam, & largitatem sumptuum, quam pauperem per totum mensum, ne dicamus, annum, tum etiam, quia in his affliis sicut in acaualis, non habetur respectus ad facultates, & opes ho- minum, sed ad quantitatem eorum, quæ venduntur, vel emuntur, vel vehuntur: unde sicut deci- ma, quæ soluntur Ecclesiæ de fructibus, non sunt iniusta, eo quod contingat pauperiores plu- rabi, de quibus cas soluant, quia id est per accidens: ita in presentiarum euenter.

Tertia causa, & difficilior est, quod cum im- posetur communiter afflissum in utilitatem solius ciuitatis, in qua imponitur, v.g. ad restauracionem adiectorum illius, vel ad alios eius sumptus, exigitur à forenibus, in quorum utilitatem non ce- dit: nec excusat quod imponitur auctoritate Regis, cui etiam exterri subditū sunt, quia non potest Rex tributum generale, & commune imponere, nisi cedat in bonum generale, & com- mune. Sic Sylvest. Gabella 3. quas. 5. Angel. verbo Pedagium, num. 3. Tabien. n. 4. Arnil. verbo Gabella, num. 11. Caet. verbo vestigal, ad finem, dicunt posse imponi tributum pro vestigib[us], modò tamen exterri illud non soluant: & Metina C. de refit. q. 15. & Iosephus Angles in floribus questionum theolog. 2. p. materia de refit. defraudantibus vesti- giala, dicunt afflissum redundans in utilitatem huius reipublicæ non esse exigendum ab extra- nei, sed tantum à ciubus huius reipublicæ; & sic videntur ex hac causa omnino iniustum hoc tributum. Sic tamen

Prima conclusio. Si hoc tributum impositum sit propter bonum communem ciuib[us], & etiam exercit in illam ciuitatem confluentibus, vt ad exercitum pontis communis, vel ad reparandas vias communias, iniustum est, licet exigatur etiam ab exercitis: si autem sit propter bonum huius reipublicæ, & tantum exigatur à ciuib[us], etiam est iniustum. Hæc conclusio constat ex dictis, quia vni- ca est causa iniustitiae, & cessat ea. Hanc tenet Metina, & Iosephus Angles *vbi supra*, & docti recentiores.

Secunda conclusio. Si afflissum sit institutum in bonum solius huius reipublicæ, & exigatur etiam ab exercitis, non sunt obligandi ad restitu- tionem externi illud non soluentes. Probatur ex dictis in tercia causa, & ex Doctoribus ibi citatis. Item quia saltem in hoc casu est maximè dubia iniustitia huius tributi quoad externos, & in dubio an tributum sit iniustum, non obligat, iuxta prædi- cta. Ita prædicti recentiores.

Tertia conclusio. Non etiam dammandi sunt exigentes afflissum ab exercitis, licet sit institutum in bonum huius solius reipublicæ. Probatur, quia excusat

excusationem habent si est antiqua consuetudo illud imponendi absque personarum discretionem. Item quia confutudo in populis inicium obseruat, ut scilicet soleat afflissum in isto populo exigi ab euentibus alterius populi, & e contra. Item, quia non appetit alius modus conueniens colligendi hoc tributum, quia ciuitas non debet uno modo vendere ciuibus, & exteris alio, & male, & difficile posset sciri an sint extorti, ergo exigunt hoc tributum etiam ad exteris, his rationibus moti, non sunt dammandi. Id ratione antiqua consuetudinis excusat Iosephus Angles: idem docent alii viri docti.

D V B I V M XLVI.

An qui aliquid emit ad proprium usum, & postea, mutato proposito, vendit, debet vestigial, debet portazgo, impositum portantibus aliquid ad vendendum.

1. Videntur debere ex l. 5. tit. 7. part. 5. vbi dicitur portantibus causa sui usus non debere vestigial, nisi postmodum id vendiderit.

2. Sit prima conclusio. In caufo posteo non debetur tale vestigial. Probatur ex l. vniuers. C. de impoundis iurata, descript. lib. 10. vbi cum sit impoluta certa gabella quibusdam rebus, que transferabantur titulo lucrativo, definit illa lex, si contractas in suo exordio non fuerit lucrativas, & si postea lucri titulo in dominium alienius cederit, non debebitur talis gabella; quia origo, & primordium rei attendunt potius eft. Et Platea ibi per illam legem hæc dicit, primordium trahit ad se sequentia, & sic statu statuto quod nemno sub certa pena extrahat aliquid ad vendendum, si quis ad suum extrahat, licet postea vendat, non incidit in poenam. Quam eandem doctrinam amplectuntur Bart. & Ioan. de Por. relati Platea: & dicuntur, hac ratione, quia prima definitio inspicienda est; cum ergo in nostro caufo prima definitio non debet ad vendendum, sed ad proprium usum, non debebitur tale vestigial. Hanc docent Bertachinus tract. de Gabellis 8. p. membr. 2. num. 1. & 2. Gregorius Lopez d. l. 5. verbo. enolo. Et ad illam legem, qua oppositum significare videtur, responderet intelligi, quando statim venderet, quia non videret sui usus caufo portare: secus quando ea re fuit usus, & postea, mutato proposito, vendidit.

3. Secunda conclusio: Ex venditione talis rei portata ad usum, debebitur alcuala. Ratio, quia, est vera vendito, & ex omni venditione debetur alcuala. l. 1. tit. 17. lib. 9. noua recipiat.

D V B I V M XLVII.

An ex venditione rerum, non lucri, aut negotiationis causa facta, sed ad subueniendum propriis necessitatibus, debetur alcuala.

1. Sotus lib. 3. de iustit. quast. 6. art. vltimo, verbo. *Causa autem, videtur sentire non debet, & esse in iustitia eam exigere, licet non omnino rem hanc definiat; & clarus id videtur docere Ledesm. 4. quast. 18. art. 5. fol. 258. pag. 4. Sed id etiam non omnino definit: & eorum ratio est, quia tunc non qui plus habet, plase lacratur, sed qui pluribus egerit, amplius soluit.*

Sit tamen conclusio. Absque dubio debetur alcuala ex hac venditione (nisi tamen iuxta supra dicta paupertas vendentis excusat). Probatur, quia est vera vendito, & ex omni venditione soluenda est gabella. l. 1. tit. 17. lib. 9. noua recipiat.

Item alia nihil intererset inter Clericum, & laicum, cum vterque debeat ex iis, quæ causa negotiationis vendit, & neuter, cum non vendit causa negotiationis. Item quia praxis recipit finem in contrarium: & sic omnes Doctores, vt ex supra dictis constat, dicunt absolute ex omnivenditione deberi gabellam.

Nec obstat ratio Sotis, quia iam illi satisfactum est, dum egimus an afflissum sit iustum.

D V B I V M XLVIII.

An ille, cui Rex debet aliquam pecunia summa, nec alia via potest recuperare, possit sibi satisfacere non soluendo gabellas, aut alia vestigalia, etiam si haec conducta sint.

Corduba summa quast. 95. dub. 3. videtur dicere. Id non licere, licet non clare id dicat: & potest probari, quia si Petrus debet mihi aliquam pecuniam, & locauit suum hortum Franciaco, non possum mihi satisfacere ex fructibus illius, quia non pertinent ad Petrum, sed ad ipsum Franciscum conductorem: ergo similiter non potero mihi satisfacere defraudando gabellas, cum in nostro caufo non ad Regem, sed ad publicanum, seu conductorem pertineant.

Sit tamen conclusio. Is cui Princeps aliquid liquido, & certò debet, nec potest commode debitum sibi à Princeps obtinere, potest sibi satisfacere defraudando gabellas, non obstante damno ementibus, seu conductibus gabellas, subsequento. Probatur, quia gabellæ, & alia vestigalia non debentur directè publicano, seu conductori, sed Regi, & illi indirectè, & vt personæ subrogate Regi, vt optimè docet Caicer. ver. vestigial. ergo publicanus non habet in me manus, maiorem actionem, quam habet Rex; sed Rex non habet actionem, nec ius erga me, quando rantundem mihi debet, nec possum ab ipso obtinere debitum: ergo nec gabellarius habebit ius. Et confirmatur, quia pauper, qui non soluit gabellam, quia ad id non tenetur, iuxta supradicta, & qui non soluit de decem vnum, quia ad id non tenetur, iuxta supra dicta, nullam irrogat iniuriam, vel iniuritiam gabellario, quia ipse ex eo iacturam patiatur, cum non habeat manus ius, quam ipse Rex, qui quidem pauperem non obligat, nec obligare potest ad solendum vnum de decem: ergo si in nostro caufo Rex non habet ius, non habebit etiam gabellarius. Secundò confirmatur, si ego debeo Petro centum aureos, & ipse aliunde debet mihi tantum, quod fanè recuperare non valo, & quis emeret hoc debitum, quo teneor Petro, non ma-neo ego obligatum ad solendum illi empatori hoc debitum, quamvis ipse amittat nimos, quos debet pro eo, principalis enim creditor est Petrus, in quem habebam ego ius, vt mihi satisfacrem, & recompensem pro eo, quod mihi debebat. Nec obstat argumentum de fructibus horti, quia illi non sunt creditoris, nec illos possidet, sed sunt omnino inquilini, nec sunt etiam debitoris,

at

at numi, quos ego debeo ex alcuala, sunt mei, & illos possideo, cum obligationem tamen soluendi Regi directè, & gabellario tanquam subrogato, vnde quoties excusor ab obligatione soluendi Regi, excusat ab obligatione soluendi gabellario: quod in nostro caufo evenit. Hanc tenet Syluest. Gabella 3. quast. 9.

3. Limitatam tamen videtur hæc conclusio, vt non habeat locum, quando alcualæ sunt incapitate, tunc enim illi, in quibus sunt incapitate, non poterunt non soluere, quamus Rex aliquid de illis aliquid debet. Ratio, quia qui non soluit, damnum infert sociis, cum non se habeant inter se, sicut quidam tertius, aut gabellarius, qui recipit nomine Regis, sed omnes simul ex pacto inter ipsos inito soluunt Regi, & quod alius non soluit, non credit in damnum Regis, nec gabellarii habentis idem ius, quod Rex, sed in damnum ceterorum sociorum: vultu si ego essem fiduciosus Petri pro aliquo debito, & ipse noller soluere, ex quod creditor debet illi tantundem, illicite faceret, quia nocaret mihi fidei forti; hec, &c. Sed illi, qui non est incapitus, poterit licet non soluere gabellam, si Rex tantundem illi debet, quia incapitati respectu huic, qui non est incapitus, se habent, sicut gabellarius, siquidem illi omnes emerunt a Rego ius exigendi gabellas.

C A P V T XLIX.

An Clerici minorum ordinum debent gabellas, vel quevis alia vestigalia, vel tributa.

1. **H**ac in re duo sunt certa. Alterum est Clericos sacris ordinibus initiatos, & Religiosos omnes quoad personas, & bona Ecclesiastica, & omnia alia bona quia non ad negotiationem, sed ad proprium usum, vel proprias necessitates possident, aut vendunt, aut videntur, non debere vestigial, nec tributum aliquod (si exceptis alcualam, de qua, vt mox dicam, est aliquale dubium) & sic non teneri ea soluere, & qui ea Clericis exigunt, incurre sententiam excommunicationis, immo aliquando excommunicationem. Cœna. Hæc conclusio habetur ex pluribus capitibus iuris, & legibus, cap. non minus, & cap. aduersus, de immunitate Clericis, cap. quatuor, de confessi, in 6. C. tributum, & cap. secundum 2. 3. quast. 8. cap. bene quidem, dift. 96. cap. Ecclisia, de confessi, cap. neuerint, de sententi, excommunicati, i. sanctiss. C. de sacrofanti. Eccl. 1. 50. & 51. tit. 6. part. 1. & 1. 11. tit. 3. lib. 1. lib. 6. tit. 19. lib. 9. noua recipiat.

Alterum certum est clericos conjugatos etiam si veltes Clericales, & tonfuram deferant, ac cum vniua, & virgine contraxerint, debere quacumque vestigialia, & tributa, ac si essent mere laici, quia hi tantum gaudent duplice privilegio clericali, scilicet canonis, & fori, vt habent cap. vniuo, de clericis coring. in 6. & in Trident. sess. 2. cap. 6. de reformat. ita docet Couarr. quast. præf. cap. 31. num. 9. dicens esse omnium. Glosa dicto cap. vniuo, verbo. In exerci, & ibi omnes, Panorm. cap. ex parte, de cler. coring. Guido quast. 383. Bertachinus tract. de gabellis 7. p. num. 12. Angel. & Mauricius citati per Couarr.

Hanc

uarr. Perez lib. ordinam. tit. 3. l. 1. Syluest. Clericus 3. quast. 3. fine, & exprestè definit l. 2. tit. 4. lib. 5. & l. 2. tit. 4. lib. 1. noua recipiat.

At dubium est, an hac immunitate a solutione tributorum gaudent Clerici non coniugati, prima tonsura, aut minoribus tantum ordinibus insigniti, sicut diximus gaudent Clericos sacris initiatos. Duplex est sententia.

Prima docet hos Clericos non esse immunes a solutione tributorum. Probatur primo ex l. 2. tit. 4. lib. 1. noua recipiat. vbi statuitur, vt Clerici minorum ordinum soluant quevis tributa more laicorum, demptis Clericis, qui acta beneficia ecclesiastica obtinunt. Item, quia iura sua tantum eximunt a solutione tributorum ecclesiasticas personas, & (vt inquit Iosephus Angles ubi infra) hi non sunt ecclesiastica persona. Hanc tenet Iosephus Angles fol. ibi quastionum theolog. 2. p. materia de rest. defaudantur gabellias, fol. 236. Idem videntur tenere Olavus in concordia iuris, litera C. num. 21. & Parlad. lib. 1. de rebus quodit. cap. 3. §. 1. num. 16. dicunt enim de iure regni tenere hos Clericos ad omnia tributa, & non id improbat. Idem tenet alij, quando hi Clerici dimiserunt habitum clericalem, & tonsuram. Hi sunt Thomas Parpalias l. placeat, C. de sacrof. Ecclesi. Mauricius l. vniuo, C. quo loco mal. lib. 10. Guido quast. 381. Mantienzo lib. 5. tit. 10. l. 1. glossa 1. num. 4.

Secunda sententia docet hos Clericos esse immunes a solutione tributorum, sicut sunt Clerici in sacris constituti. Probatur, quia Clerici omnes, etiam prima tonsura, dicuntur ecclesiastica persona, vt docet Immola Clement. finali de confi. num. 4. Quod inde probatur, quia Ecclesiæ sunt iam deputati, & de ecclesiastico foro, & eos percutientes sunt excommunicati: immo in plus se extendit ecclesiastica persona, nam concessi religionis approbatæ sunt ecclesiastica persona, non tamen Clerici, vt optimè dicit Menchaca alios referens lib. 3. controvers. illafr. cap. 105. num. 1. 5. 2. Item quia hoc priuilegium immunitatis a solutione gabellarum, quod capita citata concedunt perlitis ecclesiasticis, ponunt Syluest. Clericus, l. quast. 3. Tabien. Clericus, 5. num. 1. Angel. Clericus, num. 29. inter priuilegia Clericorum, quasi supponentes omnes Clericos esse personas ecclesiasticas, & Couarr. ubi infra, videntur probare Clericos prima tonsura gaudent has immunitates, tantum probat eos nomine Clericorum comprehendendi, quasi supponens omnes Clericos esse ecclesiasticas personas: tunc sic omni Clericis est ecclesiastica persona, sed nomine clericorum comprehenduntur insigniti prima tonsura, vt docent Panorm. rubrica, de vita, & honest. Cleric. Tabien. Syluest. Angel. verbo. Clericus, in principio. Turrecr. cap. illud, dift. 77. Couarr. ubi infra. Decius cap. 2. de præbend. & colligitur ex l. presbyteros. C. de Episcop. & Cleric. & communiter traditur cap. Clerici, de iudic. ergo gaudent hac immunitate. Neque obstat lex nostra recipiat, in contrarium allegata, quia cum hæc clericorum exemptio sit a Romano Pontifice concessa, & sit in spiritualibus superior Rege, nequit Rex propriis legibus huic immunitati proper finem spirituali Clericis concessa derogare, vt optimè Couarr. quast. præf. cap. 31. num. 3. & Ledesm. 2. 4. quast. 20. art. 4.

Hanc sententiam tenet Metina C. de restit. quest. 15. paulo post principium, Bertachinus de gabellis, p. num. 12. Felinus cap. Ecclesia sancte Marie, de confit. num. 110. Peter lib. 4. ordin. tit. 4. lib. 23. fol. 839. Couart. dictio cap. 3. num. 9. & faver. lec. 6. tit. 18. lib. 9. noua recipil. vbi absolute dicitur Clericos esse à gabellis exemptos. Sit

- 5 Prima conclusio. Hac secunda sententia rendenda est: probatur ex eius rationibus, & autho-ribus.
- 6 Secunda conclusio. Hi Clerici gaudent ha- immunitate, licet non deferant tonsuram, nec habuitum clericalem. Probatur, quia iure aliquo Pontificis id statutum non est, saltem vsque ad trinam monitionem, cap. contingit el. 2. de sentent. excommunic. & docet optimè Ioan. Immola cap. fina-
lis de vita, & honest. cleric. & Tabiena excommuni-
cacio. 5. casu 1. num. 24. Hanc tenet Couart.
dictio num. 9.

D V B I V M L.

An Clerici sint etiam immunes à gabella,
quam acausaliam vocata.

D Vplex est sententia. Prima dicit nullum Clericum esse immu-
nem ab hoc tributo. Probatur, quia hoc tribu-
tum impositum est ad utilitatem communem Clericis, & laicis: ergo tenetur illud conti-
buere Clerici, sicut & laici. Hanc latè defendit Montalvus l. 50. tit. 6. part. 1. & dicit sic fuisse de-
finitur per omnes, qui erant à consilio Regis
Ioannis Secundi in eius supremo Consilio. Idem
Agidius Thomafus in tract. de maneribus patrum.
§. fabriciorum hoc loc. fol. 18. & hanc dicit com-
mune Remigius de Goni tract. de charitatis
subsidio, quest. an clerici, vel Ecclesia sint exempti ab
queribus, fol. 357.

7 Secunda sententia docet idem esse de hoc tri-
buto, & reliquis, & sic Clericos esse immunes
ab hoc tributo, sicut à reliquis. Probatur, quia
capita dub. procedunt, allegata non magis de reli-
quis tributis, quam de hoc disponunt, sed indi-
fferenter de omnibus. Item sic expresse definitur
l. 11. tit. 3. l. 1. & lib. 6. tit. 19. lib. 9. noua recipil. &
videtur dicere id esse de iure communia, quia
dicunt esse immunes iure ipso. Hanc tenet Cou-
art. quest. practic. cap. 31. fine. Olaus in con-
cordia iuris, livrea C. mon. 57. Gregor Lopez l. 50.
tit. 6. part. 1. vers. Pharaon. Iosephus Angles in
floribus quest. theolog. 2. p. vbi de restitu. defraudan-
tium gabellis, fol. 236. Perez lib. 1. ordinam. tit. 3. l. 1.
fol. 56. & hæc sententia ac veritatem tenenda est.

D V B I V M L.

An Clerici debeat gabellam de ius, qua
causa negotiationis portant, vel
vendant.

D Vplex est sententia. Prima docet non teneri Clericos negotian-
tes solvere gabellas de his, quia causa negotia-
tionis portant, vel vendunt, antequam ter-
meantur, vt desistant à negotiatione. Probatur
ex cap. fin. de vita, & honest. cleric. vbi Honorius
Tertius dicit hæc Episcopo Ambianensi: Si

Clerici terro à te moniti non respergint, sed negotia-
tionibus insticerint, cum facto priuilegium abiciant
clericale, tu quominus dum bis se implicant, de suis
facultatibus facias & confititudinibus patrias substa-
cent, non defendas eos. Ergo ante hanc trinam
monitionem defendendi sunt Clerici negotiatori-
res, ne subiaceant in suis rebus talibus statutis, &
gaudebunt priuilegio rebus Clericorum concele-
bant, scilicet, vt de illis non solvatur gabella. Se-
cundo probatur, quia texus, qui ad probandum
oppositum solent adduci, scilicet cap. quinquaginta
de censib. in 6. & Clementi finali, de censib. non di-
cunt expresse Clericum negotiatorum debere gabellam, sed dicunt Clericum non teneri ad ga-
bellas pro rebus suis, quas non negotiandi causa
deferten: ex quibus textibus tantum sumitur
argumentum à contrario sensu ad probandum de
rebus, quas causa negotiationis deferunt, debe-
re gabellam: vt docent Glossa dicta Clement. finali,
vers. & noua recipil. regula 100. num. 11. Anchar.
dictio cap. quinquaginta, notab. 2. & ibi Do-
minicus, & Francus, n. 4. Immola dicta Clement.
finali num. 9. & ibi Cardin. notabili 3. Sed argu-
mentum à contrario sensu, licet alia sit fortifi-
sum in iure, at non est validum, quando
oppositum est expellit in iure, vt colligitur ex
cap. a nobis 2. de sententia excommunic. & docet Glo-
ssa communiter recepta, cap. significasti, de foro
compet. versic. Clerici, & cap. quarto, versic. mode-
ratarum, de vixi. Felin. dictio cap. significasti, num. 13.
Archid. cap. Beatus, 3. quest. 4. Innoc. cap. cum
super, de causa posse. Nauarr. opus. de reddit. Ec-
cles. quest. 2. num. 6. At in hoc cau oppositum est
expellit in iure, scilicet cap. finali, de vita, &
honest. cleric. vt scilicet Clerici negotiatori non
amittant priuilegium in rebus ante trinam mo-
nitionem: ergo. Hanc sententiam tenet expresse
Ludou. Lopez lib. 1. de contrah. cap. 10. fol. 32.
Anton. de Butrio cap. finali, de vita, & honest. cleric.
num. 4. & ibi Panorm. num. 3. & 4. Clericus
conf. lib. 1. fine. Parlad. lib. 1. de rebus quoad. c. 5.
5. 1. num. 16. Idem Salzedo pratt. cap. 55. Felicinus
de censib., lib. 2. cap. vñimo, fine. Idem vide-
tur tenere Ioannes de Immola dicto cap. finali num.
3. 4. Clarius num. 5. 6. & Ioan. Andr. ibi vbi hi
duo dicunt Clericum negotiatorum, si ferat ha-
bitum, & tonsuram, & monitus non desilit, per-
petrat priuilegium clericale quoad res tantum, &
solum respectu negotiationis. Idem videtur do-
cere l. 49. tit. 6. part. 1. vbi hæc dicit, si el eleva
que se entremet en mercaderias, tres veces amone-
jado no desite, no aura las frangeras, que los otros
Clerigos han. Idem videatur tenere Sylvest. Cle-
ricus 3. quest. 3. Angel. Clericus 9. num. 3. Tabien.
Clericus 3. num. 2. vbi hæc dicunt, si Clericus re-
tiro monitus non desilit à negotiatione, perdit
priuilegium clericale, non canonis, nec fori,
sed ne possit vexari exactiōibus in rebus pro-
priis, & sic videtur sentire non perdere ante
monitionem: idem Host. ius. ne clericis, vel Mon-
chi. num. 2. & 1.

Notia hanc monitionem necessari debere esse
trinam, nec sufficere vnam peremptoriā pro
tribus; quia licet alia vbi ius requirit trinam
citationem, sat fit vna peremptoria pro tribus,
que habeat vicem trium, t. 3. denunciationem, c.
quoniam & quando. At in penalibus hoc non habet
locum, quia poena sunt restringend. Sic Panorm.

Lib. II. Cap. IV. Dub. LII.

dito cap. fin. num. 4. Perez l. 13. tit. 3. lib. 1. ordin. Lu-
dovic. Roma. singulare 719. Nauar. summa cap. 27.
Lat. & Hispan. num. 80. Glossa Clement. 1. de vita,
& honest. cleric. vers. Tertio. Immola num. 3.
Angelus Clericus 9. num. 4. Tabien. Clericus 3.
num. 2. Sylvest. Clericus 3. quest. 4. Ioannes And-
reas cap. ex tua, de clericis non resident. Si tamen
fieret monitus per viam statuti, etiam in penali-
bus valerer; qui statutum haberet vim legis, &
Prælator potest statuendo augere penam iuri-
ris, & hoc sine monitione verbalis. Sic Panormit.
Sylvest. Angel. Tabien. ibi. Hinc est quod dicunt
Gregor. Lopez l. 49. vers. Amonestar. titul. 6. p. 1.
& Holtiens. lib. 3. summa, titul. ne clericis, vel
magistris, num. 4. Quod si Episcopus faciat publi-
cari constitutionem synodalem, qui inbeat, vt
Clerici abstineant à negotiationibus sub pena
privilegiis clericalis, tale edictum habetur loco
trinæ monitionis.

3 Secundò nota hanc trinam monitionem de-
bere habere interullum aliquorum dierum. Sic
Nauari. Anton. de Butrio, Ioannes de Immola,
glossa ibidem.

4 Tertiò nota hanc monitionem trinam non fat
esse generalem, vt dicendo, omnes Clerici absti-
neant à negotiatione, vel deferant habitum, &
tonsuram, alia non gaudebunt priuilegio clericali,
taliis admittimus generalis non fat est ad pri-
uandū clericos alter facientes priuilegio clericali. Probatur, quia dicto cap. finali, dicitur si tales
terio à te moniti, & Clem. 1. de vita, & honest. cleric.
dicitur, nominatio. Sit Glossa ibi vers. Nominatio.
Panor. Angel. Tabien. vbi supra.

5 Ultimò nota hanc trinam monitionem debere
fieri à Prælat. nec fat esse, si fat ab alio iudice,
quia dicto cap. finali, dicitur Episcopo Ambia-
nenſi, si tertio à te moniti. Sic Sylvest. Tabien. vbi
suprà. Angel. vbi supra, num. 5. Anton. de Butrio,
& Immola supra. Panorm. cap. contingit, el 2. de sen-
tentia excommunic.

6 Secunda sententia docet Clericum negotia-
torem nullā gaudere immunitate in his, quæ cau-
sa negotiationis portat, nec ad gabellas, ac si esset laicus. Probatur, Clerici solo iure hu-
mano sunt exempti à gabellis, sed nullum est
tale ius, quod ipsos eximat in iis, quæ ad nego-
tiandum deferten, immo iura oppositum signi-
ficant, dicto cap. quinquaginta, & dicta Clement.
finali; ergo in his non sunt exempti. Secundò
probatur, argumentum à contrario sensu validum
& fortissimum est in iure. l. 1. ff. de offic. ius, cui
mand. cap. cim. Apostolica, de his, que sunt a Pra-
lat. Glossa cap. omnis, de clericis, coning. in 6. Felin.
dictio cap. significasti, num. 9. Dominus cap. 1.
1. distinc. & latè Bernard. Diaz regul. 50. Gratian.
regul. 45. Panorm. & Doctores dicto cap. cum
Apostolica. Quod adeo verum est, vt iuxta Do-
minicum, & Felin. ibi id, quod colligitur à con-
trario sensu, dicitur expresse comprehendit in iure.
Quæ regula iuxta dicta procedit, quando op-
positum non est expellit in iure; sed ex argu-
mento à contrario sensu sumptio ex dicto cap.
quinquaginta, & ex dicta Clement. finali, colligitur
Clericum negotiatorum teneri ad gabellas, nec
oppositum est expellit in iure; quia cap. finali,
de vita, & honest. cleric. non dicitur requiri
trinam monitionem, vt tenetur Clericus ad ga-
bellas de his, quia causa negotiationis defert, sed

Tb. Sanchez Confil. moral. Tom. I.

D Vplex est sententia.

Prima dicit posse cogi, quia in his, quæ
causa negotiationis defert, non reputatur ac Ec-
clesiasticus, sed vt laicus. Item quia l. 7. titul. 18.
lib. 9. noua recipil. dicitur hos Clericos teneri
solvere gabellam, sicut laicos; ergo possunt cogi
à iudice seculari, non capiendo per sonam, sed res.

Kk Sic